



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 16. De Mitylene Horatij loci duo illustrati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

*Nimis vellem habere perticam. Qui rei? qui vellem  
rarem*

*Asinos, si fortè octeperint clamare hinc ex crumena.*

Simul autem eò alludit, quòd oves quæ ventrem pilosum non haberent, vocabant oves minas aut apocas, quas etiam in emendo reiiciebant: ut est apud Varronem libro secundo De re rustica. Erant illæ tunc planè oves minæ: neque enim pilosi sunt nummi.

Quod autem sequitur:

*Fuit ad eum Mars meo periratus patri.*

*Nam oves illius haud longè absunt à lupis.*

Inde dictum est, quòd lupo Marti sacras putabant. Unde & huius urbis conditores, quòd à Marte geniti essent, aluisse dicitur lupa. lupo etiam vocabant mercatores, à quibus non longè abesse dicit eas oves quæ ipse tunc in crumena ferebat. Parua sunt hæc, & scilicet: dicit aliquis. fateor. neque ego ea pro magnis aut reconditis vendito. Sed tamen quæ homines creditissimi obscura sibi esse falsi sunt, ea illustrasse me numquam pigebit.

*De Mitylene Horatij loci duo illustrati:*

CAPVT XVI.

**N**ON temerè est, quòd Horatius Mitylenen inter  
urbes pulcherrimas numerat: tum in Odis;

*Laudabunt alij pulchram Rhodon aut Mitylenen:*  
tum in Epistolis:

*Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod*

*Panula solstitio, campestre niualibus auris.*

Talem enim ferè fuisse proditum est, quales sunt quæ hodie non Italiæ modò, sed vniuerso orbi terrarum ornamento sunt Venetiæ. Nam & in Mityleni influens mare multis eam curipis distinguebat, ac disse-

cabat: & pontes tota vrbe plurimi erant ex candido ac polito lapide facti, vt non vrbs, sed, infula amœnissima videretur. Id ita exponit dulcissimus ac suauissimus scriptor Longus principio *πιμενικῶν* his verbis, Πόλις ἔστι Λέσβου Μιτυλήνη μεγάλη καὶ καλή. διείληπται γὰρ δέσπης, κατισσρέασις τὴ θαλάσσης, καὶ κηρόσμηθ' ἡφύρασι ξεστῶν καὶ λῆθ' ἰσονομίαις ἔ πόλιν ὄρα ἄλλω νήσῳ. Eo autem libentiùs ex eo pauca hæc protuli, quòd & confirmant Horatij de nobilissima vrbe testimonium, & Longi liber lectu dignissimus nondum, quòd sciam, publicum accepit.

*Illustratus locus Horatij ex Odis.*

CAPVT XVII.

**P**ERELEGANTI comparatione vsus est Flaccus Ode duodecima libri primi, cum ornare Casarem veller:

*Micat, inquit, inter omnes  
Iulium fidus, velut inter ignes  
Luna minores.*

In eo autem imitatus est Pindarum: etsi quod hic noster de luna, id Græcus ille in Isthmijs de Lucifero dixerat. *λάμπει ἀσφόδ' ὀσηπὲς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις.* A Luna autem obscurari ceterarum stellarum splendorem, suauissimis versibus dixerat etiam Sappho:

*Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ πάλαν σελάναν  
Ἄψ' ἀποκρύπτουσι φαιγόν ἐῖδ' ὄσ',  
Ὅσπ' αὖ πῆδ' ἴσται μέγιστα λάμπη.*

Sed & Quintus Smyrnæus in celebranda Penthesilea eandem comparationem adhibuit:

*Ὡς δ' ὅτ' ἀν' ἕρπονδ' ὄρω καὶ ἄστροι δ' ἴα σελάνη  
Ἐκφύπτει.*

Puto autem huiusmodi locorum collatione, ac contentione

Q 4

Mureti  
Lectio  
LII  
28